



IOANNES TERTIVS

Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae,
Masouiae, Samogittiae, Kijouiae, Volyniae, Podoliae, Podlachiae, Liuoniae,
Smolensciae, Seueriae Czerniechouiceq[ue].



Significamus praesentibus Literis vestris, quorum interest, vniuersis et singulis. Quia sint Clarissime
in hoc Regno Poloniarum Domini, in Reges Antecessores Nostros, Nosmetipsos, et totam Rempublicam
merita, is nescit, qui Annales quorum Polonorum, non reuoluit, ac Maiores ex hac Demo genitos sem-
per amantiſsimos Patriae Ciuēs prudentes Togae Senatores. Fortes Saego bellicosissimos Exercituum Du-
ces, illorumque trophaea, et victorias non legit, neque miratus est: Et omittantur licet alij de hac Insi-
gni Familia belli Duces. Nunquid praeter Magnificum Stanislaum Potocki, Palatinum Craco-
uiensem, Supremum Regni Exercituum Ducem, triginta annis Clarum Supremum, in arduis Rei
publicae necessitatibus, nimirum sub tempore Incursionum Cosacorum, non minus feliciter quam
fortiter gestantem defleuit Patria, qui in eo Dignitatis, et potestatis gradu collocatus, omnem campe-
ram et Studium, in id conuertebat, ut Maiestas Principis, et Respublica cum suis Libertatibus illa se
perpetuo conseruaretur. Qui tantus Vir, non degenerem virtute Sui reliquit prolem Illustrem et
Magnificum Andream Potocki, Castellanum Cracouiensem, et Campi Ductorem Regni, Vi-
rum in omnibus Expeditionibus bellicis, Nobis et Reipublica, quae sanguine suo, quae sumptibus, et obsequio meritisimum, nec tantum
ipsemet pro conseruatione Dignitatis Maiestatis Nostrae propriam effundebat sanguinem, sed etiam Curam in praesentem Viennensem, cum Sa-
ca, Magno totius Europae hoste immolauit filium Stanislaum, Capitaneum Haligensem, tantum usque Heroem, et virtutibus Sangu-
nis Successione, et rebus praedarē gestis decoratum, postquam Calce oculis Nostris et Reipublica ad perpetuam post tot labores pro
Reipublica exhaustatos requiem rapuerunt, Nobisq[ue] et Reipublica, grande vulnus doloris inflixerunt. Iure merito ut surculo vno avul-
so, non deficiat alter, et Simili Frondescat Virga Metalle conuertit in se animum Nostrum Regium, seruatus in grande claritudinis Do-
mus Suae adiumentum, **Magnificus Felix Potocki** Palatinus Cracouiensis Sokolienſis et Capitaneus, Sic tempore Electi-
onis Serenissimi Michaelis Antecessoris Nostris, proreum Subdapifer Regni, Ordinis Equestris, Moderatores Marschaleus Vota et Suffragia Se-
natorum, pro eligendo Principe felicissime collegit, à quo Palatinus, Siadiensis, à Nobis vero Cracouiensi ornatus castitit, Quas Senatoris
Dignitates amplas, sum Serenissimi Antecessoris Nostris, sum Nostris temporibus ita meritis, et mente munerum capaci impleuit, ut semper
Maiores natus videretur munis. Ex iustitia proinde et aequitate dignum iudicauimus, ut eidem Clarum Exercituum Regni Campensium
post facta praefati meritisissimi illius Fratris Illustris et Magnifici Andrea Potocki Castellani Cracouiensis vacantem daremus
et conferremus, prout defacto cum omnibus Iuribus, prerogatiuis, et obuentiōibus, ad hoc Officiū, ex antiquo Spectantibus damus, et
concedimus, praesentibus Literis Nostris, idq[ue] ad extrema Vltima tempora, vel incompatibilis alicuius Dignitatis aſſecutionem.
Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Dignitarijs, Officialibus, vniuersis Regni Poloniae, nec non vniuersis Exercitus
Regni Officialibus Militibus, Cuiuscumque praesentia ex officio notum esse volentes mandauimus, ut Praedictum **Magni-
ficum Felicem Potocki** Palatinum Cracouiensem, in loco, et legitime Campiductore Regni habeant, et agnoscant, eiq[ue]
de loco, Iuribus, prerogatiuis, et obuentiōibus, ad hoc munus, et antiquo pertinentibus respondeant, et responderi faciant. Pro
gratia Nra Regia. In Certis rei fidem, praesentis Manu Nostra subscripſtas, Sigille Regni communi mandauimus. Datum
in Cracouia die 11 Mensis Iunij Anno Domini MDCXC. Regni vero Nostris Anno XVIII.

IOANNES Rex.

[Faint handwritten text, likely a signature or note.]



No. 77/52 - 8pp. 506

69
74

DOM
ANTYKWAR
KATEGAR